

PATRIARCHÆ
JOSEPHI
RELLIGIO
Ab criminatib^{us} BASNAGII
yindicata,

PATRIARCHÆ
JOSEPHI
RELLIGIO

Ab criminatōibus **BASNAGII**
vindicata.

D I S S E R T A T I O

Habita inlustres inter Academicos
ab

P. CASTO INNOCENTE
A N S A L D I O. P.


Eam verò typis committendam
curavit

A. I. D.



NEAPOLI MDCCXXXVIII.
Excudebat Felix-Carolus Mosca.

Soperiorum Facultatis



FA.Ingr.E.1.62



Excellissimo Domino
D. HIERONYMO
LUCCHESINI
Patritio Lucensi, Bismantuae Marchioni,
Provincie ac Civitatis Regii Lepidi
Præfecto, Serenissime Celsitudinis
FRANCISCI III.
Mutinæ, Regii, Mirandulæ, &c.
Ducis, primum quidem ad
CAROLUM
Siciliæ Utriusque Regem, dein ad
PHILIPPUM V.
Catholicum Hispaniarum Monarcham
Oratori Præstantissimo.



*T si plurimum ve-
reor, ne exiguis
nimium libellus iste haud dignus
audiat*

audiat quod Tibi nunc appetur,
VIR EXCELLENTISSIME,
re tamen quia de agit penitus
per pensa, ab concepta sententia
hanc passus sum dimoveri. Vin-
dicatur nempe in illo prudentissimi
Ægyptiorum olim Proregis
Josephi religio, Basnagii crimi-
nationibus temere lacepsita, ni-
cve licet candidior ea fuerit, ac
purior auro. Ab quo autem nisi
abs Te, **VIR EXCELLENTIS-
SIME**, petere aquius possem
vindiciarum hujusmodi cliente-
lam, qui maximi Pharaonis Ad-
ministri prudentiam non modo,
consilium, equitatem, verum
et castissimos emularis mores,
Religionis zelum, atque con-
stantiam? Non hic Ego de Avo-
rum theoriem, ceterorumque qui

ante

mitte Teorum in nomen iuvetus,
genere dicam ad arma , ad fa-
fces , atque ad imperium nato-
tus non ennumerabo gazaras ,
atque locupletissimas opes , ne-
que de ceteris tui corporis dot-
ibus vel levis ab me erit institu-
tas sermo ; Quis enim bacce po-
strema in parte Te Patriarchæ
Egyptie comparandum non mo-
do , verum & anteferendum non
arbitretur ? Quum ille virtutem
quidem habuerit , ast opinionem a-
liquando apud Heram non ba-
buerit virtutis , Tu contra &
virtutem habens & virtutis e-
riam speciem ; tuo nempe in con-
spectu bellè adeo forma decor &
humanitas sunt cum gravitate
conjunctæ , ut verbis Tullii de
Catone , Te felicem compellare

mer

merito valcam, ub quo rem im-
probam. petere Nemo auderet.
*Exigua tamen bac sunt omnia
tuas relatè ad virtutes præstan-
tissimas, VIR EXCELLENTIS-
SIME,*

Nam genus & Proavos, &
quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Virtutes illæ verò tuæ adeo Tui
sunt propriae, ut Te ad usque
astra votis omnium subvexerint,
quas ego eloqui si impræsentia-
rem vellem, Icaro audacior es-
sem, Dædalo ingeniosius si pos-
sem. Verum ille ornari modestæ
negant, esse contentæ. Unum
est quod præterire nullo modo pos-
sum, in quo certè si non virtu-
tem, ast tamen Josephi fortu-
nam superare quodammodo vixis

es, ac veluti obtenebrare. Quod
enim, amabo, nobile magis ex-
eogitari potuit Ægyptio de Pa-
triarcha ἐγκώμιον eo quo sacris
ornatur in Literis? quum enim
probè novisset Auctor Libri Sa-
pientiae ultimam haud esse lan-
dem Principibus placuisse Viris,
datam dixit Josepbo gratiam
fuisse atque sapientiam in con-
spectu Pharaonis Regis Ægypti,
qui suo eum præfecit imperio.
Ast Tu, VIR EXCELLENTIS-
SIME, non uno, sed pluribus tui
amantissimis gaudes Principibus,
ac merito gloriaris; lectissima
quippe functus Legatione ad CA-
ROLUM Sicilię utriusque Re-
gem, benignitatem erga Te ita
expertus es suam, ut si parilem
in PHILIPPO Hispaniarum Re-

ge , ad quem Legatus properas
in dies , fors tibi concedat (con-
cedet verò certissimè) fore com-
fido , ut nominis tui gloriam , vel
ante expectatum , eam perduxe-
ris ad metam , ad quam matu-
rissime etatis homines , maxi-
mis non modò ornati virtutibus ,
verum & quibus vulturis fit for-
tuna sereno , numquam aspirare
sunt ausi . Quod si animum men-
temque meam ad HEROAS con-
vertam ESTENTES , quorum
in imperio maximam adè ful-
gentemque praefecturam geris ad
dignitatem , animadvertisque
Hic quantum Egyptios supra Re-
ges virtute , meritis , fortitudi-
ne se exaltant atque constan-
tia , tunc tua meo videtur sy-
lo manum inicere spectatissima
pie-

pietas, ne deum tuos persequor fa-
stus, Josephi aut fama; aut glo-
ria videar offecisse. Tu interim,
VIR EXCELLENTISSIME,
non modo te tibi nominibus de-
bitum manusculum, verum, quod
magis obsecro, studiorum erga Te
fac ut excipias meum. Hocce
autem, qualecumque esse illud
possit, nulla certe dies, nullus
minnere poterit impetus, post
quam etiam letheum, posticè ut
ajunt, flumen a Charonte fuero
prætervectus.

Excellentiae Tuæ

Officiosæ Addicſſimus
A. L. D.

*Dominus Abbas Pertasio regi-
deat , Et referat . Neap. 3. Julii
1738.*

**D. CARMINUS CIOFFI EPISC:
ANTIN. VIC. GEN.
D.P.M.Giptius Can.Dep.**

*Potest imprimi .
Franciscus Maria Pertusius.*

*Attenita supradicta Relatione,
Imprimatur , Neap. 21. Julii 1738.*

**D. CARMINUS CIOFFI EPISC:
ANTIN. VIC. GEN.
D.P.M.Giptius Can.Dep.**

Dix

Die 10. mensis Julii 1738. Neap.

Viso rescripto S. R. M. sub die
decima quarta currentis, ac relatio-
ne facta de commissione Reverendi
Regii Cappellani Majoris per A.R.P.
F. Pium Thomam Milante O. P.

Regalis Camera S. Clarae pro-
videt, decernit, atque mandat, quod
imprimatur; Verum in publicatio-
ne servetur R. Prag. Hoc suum.

J. D.

Ταῦτα έντατοι κόλαψε Εγκλιστής
φάδος αλιγάτωρας, αίσθητος
οπό τοι σέξαμερτινος.

Hecates ad Nicoclem?

203



Irari sabit quæ ad-
versus Patriarcham
Josephum ἀπορο-
vos concessit Bas-
nagius . Differit
nempe homo con-
fidentia confiden-
tior capite adnotationum . septimo
ad Judaicam Cunei Historiam de
odio Ægyptios inter ac Hebraeos o-
lim . intercedente , coque tendit ,
causam ut adferat originemque ,
è qua similitates ejusmodi fluxe-
runt . Sententias odium illud pastora-
li Israelitarum conditioni , foamine-
isque Ægyptiorum moribus adse-
rentes rejicit , suam inde statuit , Rel-
igionis scilicet dissonantiam , qua
factum autumat , ut Ægyptiæ gentes
Israeliticum abominarentur populū .
Me verò in dubietatis hujuscē judi-
cē statuere in animo fuisse nunquam ,
nisi Basnagius adnotationem subne-
tere fuisse ausus , qua Josepho Pa-
triarcharum sanctissimo nigrum ido-
lolatriæ theta impingit , cuius ab

A Nota

2

nota innocentem vindicare virtum
placet.. Quum enim Josephi ævo
egestas invaleficeret in dies , com-
pulsi in **Egyptum** semel iterumque
fuit Israelitæ fratres , quos ut Jose-
phus cum Beniamino adspexit, epu-
lant pronunciavit , meridie vero
convivio exceptit , eo quo apud Pa-
trem solebant ordine , ab se quidem
seorsim , seorsim & ab **Egyptiis** , quod
ipsi abominabiles essent Hebrei ; hoc-
ce autem super factum ita scriptita-
re audet Basnagius .

(1) Moïse qui **Egyptiorum** mores
adprehendebat, eorum ut potè im-
butus sapientia , Patriarcham Jose-
phum carnes cum fratribus haud
comediisse tradit, neque alia de caus-
fa,

(1) Moïse qui devoit connoître
les coutumes des Egyptiens , puisque
il avoit été élevé dans leur sagesse ,
dit que Joseph ne mangea point de la
viande , et du pain avec ses frères ,
parce que les Egyptiens ne pouvoient
manger

sa, nisi quod prohibitum esset Agyptiis cum Israëlitaram gentibus comedere, abominabiles enim illis erant. En antiquum certè Religionis discrimen, nam & ante Israëlicarum in Agyptum adventum radices egerat, eoque devenerat, ut & in civilibus consuetudinibus alios aliis iuris redderet. Patriarche Josephi Religioni, & famæ minus iste consulit scripture locus, adparet namque Josephum se se Agyptorum

manger du pain avec les Hébreux, qui leur étoient en abomination. Voilà une différence de Religion forte ancienne, puisqu' elle avoit commencé avant l'entrée des Israëliens en Egypte : cette différence étoit terrible, puisqu' elle rendoit les uns abominables aux autres, & on la perçoit fort loin puisqu' elle avoit lieu jusques dans les repas civils. Cet endroit de l' Ecriture n' est pas fort honorabili au Patriarche Joseph, car on

A 2 voit

4

sum accomodasse moribus. Et qui-
dem Fratrum in Aegyptum adven-
tus Patriarcham ab criminosa simu-
latione arcere debuisset, avitamque
in Religionem reducere; Ast oppor-
tunum minus hocce illi videbatur
confiliū, remque ob familiarem fa-
tiūs differendum statuit. Interfecta
sunt animalia ad instaurandam Ex-
teriorum mensam, neque enim Agy-
ptiorum ad usum opus illis erat, aut
certe non absque superstitionis ri-
ti-

voit qu'il s'eroit accoutume aux su-
perstitions des Egyptiens. L'Arrivée
de ses Freres devoit l'engager a sor-
tir d'une dissimulation criminelle,
Et a reprendre la Religion de ses Pe-
res; mais la chose étoit si importan-
te pour sa fortune qu'il fut con-
straint d'attendre un temps plus heu-
reux. Il paroît qu'on tuoit des ani-
maux pour les étrangers, mais selon
toutes les apparences on ne le faisoit
pas pour les Egyptiens, ou bien on le
fai-

tibus ; quos quam avversarentur Israelite, convivii societatem impediabant. Hæc Basnagii adversus Josephum pice nigror critinatio.

Ecquis autem Hominis ipso Momo mordacioris exudantem partiti queat criticen, qui levissimo ductus momento Josephum veluti calidum temporum observatorem traducit ? Basnagium minimè latere poterat quid de maxima Josephi virtute Scriptura, Patres, universi genique fentiant Auctores, qua potiatur apud omnes veneratione. Immò ex ipsomet Literarum sacrarum ingenio confici facile possent Patriarchæ sanctissimi vindiciae. Porro

fa-

faisoit avec certaines precautions superstitieuses, q'a on ne faisoit pas observer aux Juifs, ainsi ils ne pouvoient pas manger ensemble. Basnage, Antiquitez Judaïques, ou Remarques critiques sur la République des Hébreux CHAP. VII.

A 9

Sacros Scriptores Antiquorum Patrum crimina , nequò ignorasse neque tacuisse luce est clariss ipsa , de Josepho autem nullam reperire esse apud ipsos. Iesu fidei suspicionem. Verba illius aperta sunt de facta divisione Filios inter Dei , & filios hominum , de merito ob malitiam diuvio , Sodomaeque & Gomorræ incensione , de Filiorum Israël ingrato Deum adversus benefactorem animo . Non obscura est in Scripturis de Caini adversus Fratrem , deque Cham facinoribus Patrem adversus mentio , latè etiam patet quæ de Thare idoleatria , de perduelli Moysen adversus , & Aarone Coræ , Dathan , Abironisque tumultu describuntur , sicut & ea , quæ Davidi exprobantur , & Salomonis . Quæmitaque sacris in paginis nec minimum de Josephi ab avita Religione Patrum defectione verbum , sec minimus inventatus apes , signum evidenterissimum est eum ad Egyptios numquam mores declinasse . Neque
caim

enim in processu effet adferere, quo
paecto, dum ceterorum criminis sacra
detestentur paginae ae diris devö-
veant, Josephi idolatriam, quod
certe malorum faiflet maximum,
consulto atque insyacerè adeo susci-
perent celadam.

Omitto celeberrimas laudes,
quibus Josephus donatus est, Sapien-
tiae, Psalmorum, Actorum desique
libris, sufficienter vero que capite Ge-
neseos secundo scripsit de Patriarcha
Sanctissimo his verbis Moses: *Fuisti
que Dominus cum eo, Es erat vir tu-
cans is prosperè agens, habitauitque
in domo Domini sui, qui optimè na-
verat Dominum esse cum eo, Es om-
nia, que gereret, ab eo dirigi in mar-
num illius. Benedixitque Dominus
Domui Aegyptii propter Josephum, Es
multiplicavit tam in eisdem quam
in agris cunctam ejus substantiam.
Dominus enim erat cum illo, Es om-
nia opera ejus dirigebat. Hucusque
Moses; sique alia mihi effet preter
veritatem ac brevitas metu, ver-*

ba pronunciari ; quae de Josepho
Theodoretus habuit , quæque apud
Ephrem Syrum, Ambrosium, Hiero-
nymum, Joannem Chrysostomum, Cy-
rillum Alexandrinum, Isidorum Pe-
lusiensem, Basilium Seleuciacum Episcopum,
Fulgentium, Bedam, Alcuinum, Bru-
nunem Hiperboleos Episcopum, alios
que reperiuntur Auctores , qui om-
nes ejus veluti lymphantur in lau-
des : neque momentis *en extrois* ca-
seret Patriarchæ causa , eo maxi-
mè quod è Flavio libro antiqui-
tatum secundo capite quinto sum-
cum opportune foret , dum Pha-
raontis Pincernam Regi de Josepho
Patriarcha indicantem sic alloqui-
tum refert: *Ipsam autem* (Josephum)
a Petephare quidem coquorum prie-
ficio vinculum esse , ejus utpose fer-
rum ; λέγει δὲ ἀυτὸς ἐβραῖων ἐπ
οἰδίησις εἰ γένες , ac dicit semes
cum paucis Hebraicum esse gestere , at-
que Patre claro natum . Quæ qui-
dem phrasim sacrarum literarum
consonant . Ecquis autem arbitretur

Jo-

9

Josephum, qui se claro insignitum
prædicabat stemmate, quod ab Is-
raelita Patre ortum duxerit, illud
tandem devenisse in consilium, ut
avito Patrum nomini, eorumque
relligioni diem dixerit, Ægyptio-
numque idola fuerit veneratus? Jo-
sephum etiam de israelitica se fo-
gloriantem origine ac fide inducis
Philo libro, quem de ejus vita con-
scripsit. Ast hæc si legoret Basna-
gius simbriata quadam fronte pro-
rejectamentis haberet, aut straminea
crederet addicamenta.

Tetus in eo est noster Hypocri-
ticus, ut Ægyptiorum adversus Isra-
elitas odium ab religionis diffonchia
estendat esse profectum, ex quo inde
argumentum sumit, ut læsa fidei reū
Patriarcham ostendat. Aliorum ita-
que haec de re sibi adversas floccipœ-
dit cōjectationes, de quibus nos infra.
modo verò hancce ob eaussam po-
pulos inter illos quillam esse potuisse
simultatem ostenderimus, objecta in-
de Basnagii credabimus, imo de-
mon.

monstrabimus, quae seorsim ab Egiptiis comederit Josephus. De Egyptiorum autem idololatria haec habet Basnagius: (2) Certum est ab solo sacrorum discriminae ortum habuisse Egyptiorum adversus Israelitas odium. Plurima vero sunt animalia adverteenda. Religionē primū quod adtinet Egyptiorum, universa animalium genera, Deorum veluti symbola, eos certum est fuisse venerantes, atque regionis Fana animalium imaginibus decorasse. Eo etiam populorum ejusmodi pervenerat superstitio, ut humanas licet abominari-

sen-

(2) Il faut demander d'accord que cette baine venoit de la difference de Religion. En effet il faut remarquer ici trois choses. 1. La Religion des Egyptiens; ils adoronoient cette espece des animaux comme les Symboles des Dieux, ils placotent même dans leur temples les images de ces animaux. Comme la superstition est bizarre dans

rentur imagines ; Et rorū tamque
formas magnis religionibus proſ-
querentur , quo factum ut Agypti
Rex suammet ligneo in bove inclu-
deret gnatam , ut hujusmodi sub ani-
malis specie diuinos conſequeretur
honores . Aureus vitulus evidens
ad eò erat Apis ſymbolum , ut mi-
ram omnino fit aliquos ea de re du-
bitaffe . Liquido dein adparet ,
Agyptios animalia , qua venerabam-
tur , haud jugaleſſe , neque enim rati-
quid

dans ſes Idées , ces mêmes Egyptiens ,
qui rejettoient les figures humaines ,
adoptoient celles des animaux ; c' eſt
pourquoi un Prince fit enfermer le
corps de fa fille dans un bœuf de bois
doré ; afin qu' on put l'encenser , &
Padorer ſous cette figure ; & le veau
d'or étoit une imitation ſi ſensible du
calice que les Egyptiens rendoient à
l'image du bœuf Apis , qu' il eſt éton-
nant qu' on le conteste . 2. Il eſt aiso-
de concevoir , que les Egyptiens u-
se-

quid sacris eorum legibus consonum
fuisse. Haud equidem negamus pro-
letarium equorum gregem ab Egyp-
tiis innutritum, equosque ab ei-
dem alitos, quos alienigenis venun-
darentur; eorum enim frequens erat
usus in præliis; quin & extra dubi-
tationis aleam omnino est, boves ad
terre cultum, ovesque lanarum
caussa

Gene de la peine a immoler les ani-
maux qu' ils adoroient , car le super-
ficiel ne voudroit par deschirer les
images qu'il venerate. Je ne nie pas
que les Egyptiens ne nouvilloient des
Horas , ils avoient des chevaux qu'
ils vendoient aux Etrangers & donc
ils se servoient dans la Guerre ; ils
avoient des bœufs pour laborer , &
des moutons dont la laine leur etoit
necessaire , ils les tucoient aussi , car
l'Ecriture sainte dit que Joseph fit
 preparer de la viande & du pain a
 ses freres , Si Strabon assure que les
Pretres qui adoroient les Crocodiles
le

causa alitas fuisse ab Ægyptiis, quas
demum occidebant, ut è Mosis testi-
monio discimus, qui Josephum Fra-
tribus advenis panem, & carnes ob-
tulisse docuit. Sacerdotes contrà
Crocodilos divino prosequabantur
cultu, eosque panibus, carne, vino,
si Straboni fides, alebant. Bos de-
mum Apis, animal religioni sacrum
nonnisi post certam annorum serieta-

évi.

le nourrissoient de viande de pain, &
de vin, on scait que le bœuf Apis
qui étoit un Animal consacré à la Re-
ligion étoit tué lors qu'il avoit re-
çu un certain nombre d'années; il y
avoit donc en Egypte certains ani-
maux qu'on égorgoit, & d'autres
qu'il n'étoit pas permis d'immoler.
On ne pouvoit pas par exemple im-
moler une Vache, quoique l'immola-
tion d'une Vache rousse fut un cere-
monie fort celebre chez les Juifs
mais on immoloit des Bœufs roux à
cause de Triphon. On n'immoloit

po-

è vita dimittatur. Nonnulla ita-
que animalia fas erat Aegyptiis occi-
dere, nonnulla nefas omnino : ut re-
vera vetitum illis erat vaccam inte-
nunere, celebre licet apud Hebraeos
fuisse Vaccæ rufæ sacrificium, Tri-
phonii contra Boves immolare lici-
tum; neque enim Judæorum more
agni apud ipsos in sacrificii mate-
riam venerant, sicut nec Serpentes,
nec Crocodili, cætera que divinitatum

sym

poin d'agneau, comme on faisoit chez
les Juifs. on épargnoit aussi les Cro-
codiles & les Serpens qui fesoient un
autre Symbole de la divinité, & qui
malgré le culte qu'on leur rendoit
ne laissoient pas de nuir aux habi-
tans & leur oter force ne la vie. 3.
Afin de trouver la distinction je crois
qu'on faisoit pour les Crocodiles, &
les Serpens ce qu'on fait par les ima-
ges ; c'est un crime de souper ou de
chirer un image qu'on a placée dans
un temple pour repreffenter un Saint,
mais

*symbola. Hujuscē discriminis causa
fam esse credimus non aliam, nisi
quod erga Serpentes, & Crocodilos
factum arbitramur ab Egyptis,
quod a nobis modo erga illas
āyīoīs imagines; magno enim habe-
retur pro piaculo imaginem sacra in
ade locatam disjicere, securus vnde
quam quis forte domi privatim fer-
varet, infringere. Crocodilum ita-*

*mais on n'a pas le même respect pour
tous les portraits d'un Saint inconnu
qu'un particulier garde dans sa
maison. Le Crocodile qu'on nourrit
soit ne pouvoit être tué sans scrupu-
le ni sans crime, mais il n'y avoit
que les superstitieux & les aveugles
qui étendissent leurs dévotions jusqu'à
aux autres. Enfin les Egyptiens avoient
autant de Dieux que de Villes,
et souvent ce qui étoit vénéré à un
lieu ne l'étoit pas dans l'autre: chose
que divinité avoit ses animaux par-
ticuliers, il n'étoit pas permis d'im-*

que, quem elebant, absque erit animis
nota magare certe non poterant, ast
ii tantum, qui omnino superstitioni
se dederant, parilem erga universum
hujusmodi animalium genus exhibe-
bant cultum. Tot autem Ægyptiis
vmina erant quot oppida, quin &
animalia nonnulla ab regionis ali-
cujus incolis loco divinitatis habita,
apud alterius regionis homines in
Deorum casu haud numeraban-
tar.

Di-

moler certains oiseaux, ni certains
animaux, parcoqu' ils etoient consa-
crez a Jris; mais dans une Ville ou
cette divinité n'eroit pas adorée on
ne faisoit pas un scrupule de manger
et de immoler les autres animaux
qui lui etoient consacrez: Et sur-
tout il y avoit dans chaque temple
un symbole particulier de la divinité
qui on y aderoit; le crime avoit été
enorme si on avoit massacré dans ce-
dictu l'animal consacré.

Ces-

Divinitatibus singulis sua erant animalia sacra , siccirco ea , quæ sacrata erant Isidi , jugulare erat nefas ; ubi numen illud venerabatur , secus ubi alterius divinitatis obtinuerat cultus . Proprium etiam visebatur quo cumque in Fano numinis Tutelaris symbolum , qua de re criminis datum fuissest maximo , animal illud inibi occisum iri . Rituum hujusmodi atque cæmoniarum dissipationia , subdit Basnagius , Ægyptiorum animos

I-

Cette difference de rites & des cérémonies mettoit de la division entre les Idolâtres d'Egypte & les autres Payens . Malgré l'extreme tolerance qu'ils avoient les uns pour les autres , on eut beaucoup de peine de souffrir ces choses à Rome , & on donna plusieurs fois des ordres pour les en bannir . C'est mal à propos qu'un Savant soutient qu'on confondoit alors les Egyptiens avec les Juifs , a cause de la conformité de leur rites ; car ils

B

cto-

Israelitis non erodeat, verum, & Idololatriis ceteris efficerat adversos. Quamvis enim Gentiles ultro invicem se sustinerent, fieri tamen haud potuit, quin Egyptiorum ritus quamplurimi ab Romanis prosperarentur. Quia de re eruditum Scriptorem errasse arbitramur, qui apud Romanos eadem pro gente Israelitas Egyptiosque audisse testatur, cum tamen constans omnino sit, eorum inter se ritus quam maxime dissonasse. Horrescebant Romani maximam Egyptiorum superstitionem, quin & Grati, qui Romanos superstitione antecellebant, Egyptiorum consuetudines jam antea damnaverant; Atheneusque carmina Antiph-

etoient tres differens. Les Romains avoient de l'horreur pour l'excès de la superstition, dans laquelle des Egyptiens etoient tombez. Les Grecs plus superstitieux que les Romaines, n'avoient pas failli de les condamner long

59

phantis refert Egyptios iacentibus,
quod anguillas nominibus aequipararent, præferrentque; votis enim
precibusque tantum Deos placabant, duodecim verò drachmas pro
sacra hujuscè animalis vel audienda
voce persolvébant. Hæc ea sunt,
quaæ de Egyptiorum adversus Israe-
litas odio Phormione confidentior
habet Basnagius, è quibus statim, quaæ
ejus est ἀντοχυρίεις υπερβολὴ, ter-
rena.

long temps auparavant . Athénée
rapporte les vers d'Antiphane, qui
se moque des Egyptiens, les quelles
malgré leur prétendue sagesse éga-
toient l'anguille à la divinité, & me-
me l'élévoient au dessus des dieux,
puisque on appaisoit les derniers par
des vœux, & des prières, au lieu qu'
on exigeoit douze drachmes & au delà
pour sentir seulement cette sainte
Bête . Basnage, Antiquitez, Judaiques
ou Remarques critiques sur la Re-
publique des Hébreux : CHAP. 7.

B 2

nebris facti violata Religionis Iosepho inurenat notam sumit funda-
menta.

Verum, candidè ut primum sa-
tar quid sentiam, suo semet judicio
Basnagius miser, quasi forex, pe-
rit; nullum enim inveniri eviden-
tius potest pro servata ab Iosepho
veri numinis religione ἀπολόγημα,
sis quæ usque modo noster Hypercriti-
cicus docuit; mirumque profecto,
emunctæ adeò naris Virum eosque
coecutire potuisse, ut post eam quam
superstitiosis Ægyptiorum de ritibus
prætulerat doctrinam, v.l. minima
inde ipsi obvenerit de Iosephi reli-
gione suspicio. Plurima ex anima-
lium grege apud Ægyptios morti ob-
noxia fuisse erudit, nonnulla etiam
mortis experti: Brutum apud Ægy-
ptiorum aliquos Divinitati sacrum,
apud alios prophanum erat omnino,
aliqua si Basnagio fides: Bovum ovi-
umque gregibus utebantur, atque
pro data occasione, paucis demitis,
mortis animalia reliqua consigna-
bant

bant : Crocodilum, quem religionis ergo alebant, absque criminis nota occidere haud quidem poterant, reliquos interimere erat impune : Hæc & alia Basnagius. Quid itaque prohibuisset Josephum carnes cum advenis comedisse ; si ab solo Religionis capite esset repetundus obex? Quum enim apud Aegyptios obtinuisse animalibus uti, ea alete, occidere, ecquis Aegyptiorum Patriarcham religionis, in quam migrasse Josephum autumat Basnagius, eum expostulasset, quod carnes licet manatas cum Fratribus comedisset? Et quidem Aegyptios etiam diu postquam mortem obierat Josephus, carnis usus fuisse, dignosci ex eo de facili potest, quod vulgus promiscuum, quod eum Israelitis ex Aegypto discesserat, servi scilicet Aegyptii, atque ancillæ, multi de Israel pariter, desiderio flagrarent carnium, ut Moses in Numeris retulit apertissime. Si itaque religionis ex capite nullus erat adversus Josephum

B 3 phum



phum obex, quo carnibus vesci prohibetur, non ab simulato ipsis animo, aut ab superstitione aliqua **Egyptiorum**, sed alia ab causa, crudelam censemus ordinis in convivio servati economiam.

Ut autem Bashagianæ criminationis oratione syversum eat momentum, nullaque reliqua sit suspiccionis adversus Josephum umbra, demonstrare primum pergam, Josephi aeo nondum obtulisse apud **Egyptios** Animalium cultum, posterioribus vero temporibus ea solum magnis fuisse religionibus prosequuta; Hocce autem, nisi me plus amo, prosper si succedet, jam erit plusquam certum, nullam fuisse causam; cur ille non vescerentur **Egyptii**, abstinissetque Josephus ab Israelitarum convivio. Quod quidem feliciter, ut probatum eat, haud utar sistente Viri Cl. Haetii, qui penè omnes Gentium reliquarum ritus adumbrationem falsè ceremoniarum Moses sis

sis arbiteratus est, omnibus penè consentientibus penitioris eruditionis viris. Subscribat Basnagius, ut velit, Marshamo, atque Spencero, Mosis ritibus antiquiores Ägyptiacæ religio-
nis cæremonias arbitrantibus, evin-
cere tamen haud unquam poterit,
antiquissimis illis temporibus Boves,
Crocodilos, pejora cætera animantia
divinis honoribus fuisse gavisa. Et
quidem ante Josephum etiam idololatram aliquam in Ägypto viguisse
negabit nemo, qui exprobrationes a-
nimadverterit, quas adversus Israeli-
tas patravit Deus, Josue, Eze-
chielis, & Amos in scriptis, utpotè
adversus homines, qui idololatricas
in Ägyptiorum consuetudines de-
scendissent, atque Josephi ætate Sa-
cerdotes ex istasse Ägyptios, quo-
rum sarta tecta Patriarchæ decreto
fuerant privilegia : negabit. etiam
nemo idololatriæ originem Arameis
adsertam, quum de Tare, Machor,
Labanoque, de hominibus veluti
in idololatriam delapsis, verba re-

periantur apud Josuam ; & apud Geneseos Auctorem , ut est monitum Bocharto libro 2. Geographiae cap. 5. & ante ipsum Rabbinis non modò , verùm & Epiphanius libro adversus Hereses part I . Suidæ in voce Σερπίς , demum & Brietio . Omitto quæ Plinius , Justinus , & Santi Cœtus habet Augustinus , de antiquissimo Zoroastre Idololatriæ Principe , homine , quem credimus Ζερπίδηματοι . Summa rei est , idololatriam illam , qua ante Israelitarum in Ægyptum adventum imbuti erant regionis illius incolæ , non adeo fuisse tenebrisosam , ut innocentissima , utilissimaque animalia pro Numinibus proposuerit colenda ,

Video-hacce in parte mihi retinere non tantum esse adversus Basnagium , verùm & alios contra bene multos , qui de causa mutui Hebrewaos , igit Ægyptiosque odii disserentes , in eadem sunt cum Basnagio navi , existimantque animalia pro numinibus ab Ægyptiis habita ,

eo

eo etiam tempore, quo Josephus convivio Fratres exceptit. Hos inter Exegetici Ilgo a S. Caro, Cornelius a Lapide, Benedictus Peregrinus, Menochius, Tirinus, Fagiis, Emmanuel Sà, Joannes Clericus, Franciscus Pavonius, Pencinus, aliqui in Commentariis ad aliqua Genesios, Exodique verba, queis addas Petrum Comestorem, Spondanum, Christophorum Rossinum; Nicolai in notis ad Cuneum, Johannem Saubertum, Henricum Ainsworthum, Beyerum, Kircherum, Natalem demum ab Alexandre in Historia Ecclesiastica Veteris Testamenti, qui Strabonem planè sequuti, aut Josephum libro antiquitatum octavo, non alia Ægyptiis arbitrati sunt suisse numina, quam Boves, Serpentes, Anguillas, aliaque hujusc furfuris objecta. Cæterum in adversa, & quidem recta, verissimaque versantur sententia Grotius in commentariis ad Genesios Librum, Cuneus in Republica Hebræorum,

queis

queis Malvendam addere vela-
ti possit, atque Fonsecam, Testa-
rum, Patrem de la Haye, & Du
Hamel eorum in adnotationibus
ad Sacros Scriptores.

Adferre impräsentiarum pos-
sem quæ ex antiquissimis probatissi-
misque Scriptoribus Clarissimus ha-
bet Huetius, dum Ægyptiorum pri-
moris ætatis religionem exhibet ac
mores. Optimis illi quidem, ait Hu-
etius, propositione quarta demonstra-
tionis evangelicæ cap. 6., ad colen-
dum Deum ritibus, a primis Gentis
sue authoribus Noachio oriundis
olim fuerant instituti; quamobrem
nulla olim in ipsorum templis sim-
ulacra visabantur, uti neque
apud Syros: quemadmodum Lucia-
nus affirmat. Verum progressu tem-
poris a pristina pietate ad nefarias
religiones deflexerunt. Hocce au-
tem Ægyptiorum de religione Jo-
sephi tempore obtinente adfirmari
ne certò possit? non autem adeò con-
fidenter statuere. Oruari certe pos-
set

set Grotii sententia, quæ ex Sacerdotio Melchisedechi, Raguelisque, seu Jetro, demonstrare conatur, Mosis tempore sua nondum idolatriam dilataisse pomoeris, cujas & ~~quæ~~ ^{ad} Moncejus fuit libro de Adparatione in Rubo capite secundo. Verum quod hocce haud adeò certum sit, atque extra sena videatur, ad Animalia statim descendo, adquic illud pricipue, quod tota retro antiquitate speciale creditum est fuisse Ägyptiorum numen, Bovem scilicet Apim, cuius Basnagianis in annotationibus tanta est mentio. Haud equidem diffiteor, incertū prope esse Numinum Ägyptiorum tempys, ut tot ex Auctoribus eruimus, ex Johanne præsertim Boccatio, libro de Mulieribus claris capite octavo; ipso enim teste, quibus fuerit temporibus Isis, quæ Deas inter Ägyptias maxima, nemine dissentiente, habita est, quibus etiam ea nata parentibus apud inlastres historiarum Scriptores ambigitur. Sunt qui dicant

cant, illam Isaaci primi Regis Argivorum filiam, & Phoronei sororem, quos, ipsimet si Boccacio fides, Jacobi Isaaci filii tempore imperitasse contat: alii Prometheus tempore genitam adserunt, regnante apud Argos Phorbante, quod longe post primum tempus effluxit: Nonnulli eam temporibus fuisse Cycropis Athenarum Regis adfirmant; ajunt, alii Lincei Argivorum Regis eam floruisse temporibus, quas etiam celebres inter viros diversitates, argumento esse fateantur necesse est omnes, in Epos a Ägyptiorum Numinum statuenda, haud mediocri opus esse diligentia, ut ea verisimili aliquo conjecturæ hamo explicari possit. Apis pariter Ägyptiorum Numina, Scriptorum obdissontiam, tenebris involuta censetur historia, ut ex Clemente etiam patet Alexandrino Oratione, quam habuit ad Gentes, persuasumque est Gregorio Giraldo Deorum quam scripsit historia syntagmate sexto. At tamen si se mel

mel erit demonstratum ; ante Josephi ætatem , vel ipsis Patriarchæ temporibus , nullo apud Ægyptios Bovem hujusmodi prosequutu fuisse religionis honore , dubitabit arbitror nemo , animalia cætera viliora , inutilioraque Deorum in censum primis aedæ temporibus haud fuisse relata.

Dominicus Musantius libro , cuius fecit nomen : Fax chronologica , Apis obitum ad ætatem Josephi revocat . Si tamen quimadvertemus , Apim ab Cambise interemptum plures apud Historicos audire , necesse sum erit eum dicamus esse Josephio posteriorem ; utpote qui tempore solum expeditionis Persarum mortem potuerit obire . Eethardus autem Radoltus , in Fasciculo , quem addidit temporum , Serapim autem tertium Grecorum Regem , Josephi ævo certè junidem , vocatum ab Ægyptiis fuisse Apim , quod eorum ad oras supra navies appulit . Nescio cui horum palmarum tribue-

re debeam; immo & ex sequentiis
bus, quæ laudo testimoniis; nullum
tantam habet apud me fidem, ut
religio sit latum quidem unguem
ab eo discedere. Sive tamen unius,
sive stemus alterius dicto, perpetuo
creendum arbitror, ante Jose-
phi tempora nullam reperire esse
Bovis Apis apud Ægyptios cultum.
Et quidem P. Ventz in Face chro-
nologica ad historiam universalem,
statuarum originem ad bisimilisit-
atum Mundi annum consignandam
esse autumat. Rudis statuarum ori-
go, ait ille, è saxis informibus, quas
statuas Cedrenus appellat lib. 4.
vix post annum his millefimum affi-
gnosur. Mox iisdem successere vel
Columnæ, vel Coni; aliquid modius
in simulacris effigiendis Ægyptii co-
nati sunt, ita tamen ut vix oculi
distinguenterantur, & nec brachia,
nec pedes distinguenterantur, ut vide-
re est in Tabula Isaaco Bembina, et
tribus vetustissimis Ægypti simula-
cbris, que seruit nobilissimi Cardi-

31

zelli Barberini Pinacoteca. Heine
si existimemus cum Strabone , ac
Mela , **Ægyptios** statuas ponere sive
se solitos iis , quos in homotibus ha-
buerant,dum viverent, et quis hanc
videat simulachrum Apis , seu Bo-
vis statuam , quæ nobilius erat apud
Ægyptios divinitatis symbolum , non
nisi ad ætatem Josepho posteriorem
esse referendam ? Nostrum nemo i-
gnorare potest Artaxerxes , qui &
ab aliquibus Horus appellatur , non
nisi post eum illud regnasse , quo
Ægyptia regionis inquiline faci-
fuit Israelites : is autem fuit , Val-
lemonio , aliisque si fides , qui Bo-
vem Apis jumento sacrificatura
voluit . Moncejus vero ea de divi-
nitate loquens , Aaroni suppatione fa-
cit . Tacitus tandem , Origenesque ,
prior ille libro Historiarum vicesi-
mo , libro alter adversus Gelasium ,
Serapim , qui idem cum Api , ab Po-
lomeo Alexandriæ Rege ~~admodum~~
indeptum , inque **Ægyptiorum** Nu-
minum censem suisse facetus de-
scri-

scriptum, quo tempore ea evenisse videntur, quæ de Romano milite populari impetu è viris sublato, quod fellem Aegyptiam occidisset, imperante Augusto, oculare veluti testimonium Diodorus Siculus narrat libro secundo. Hinc Historici aliqui sextodecimo qui scripsierunt saeculo, Bovem Apim, unum ex iis esse statuunt Numinibus, quæ prima alteraque Christianorum ætate prophani homines in Aegypti Fanis colebant. Quum itaque tot post clarissima testimonia possibile haud sit, animalium cultum Josepho supparem dicere, aut antiquiorem, consequatur omnino necessum est, non ideo Patriarcham Sanctissimum ab carnibus comedendis, Fratrumque mensa abstinuisse, quod sacra sequutus fuerit Aegyptiorum, aque animalia pro Deorum symbolis fuerit veneratus.

Tunc autem ipsa veritate verius hocce videbitur effatum, eum
Bo.

39

Revenerab inferiorum temporum Aegyptiis, celesti donatum honeste, haud aliud fuisse demonstravero, quam mortui ipsius Josephi Symbolum; que fuit olim Vossii sententia libro de origine idolatria, primo parte secunda cap. 20. ex Julii Materni, quod Author refert libri de mirabilibus Scripturar, atque Rufini testimonio. Hancce itaque exornabimus spartam. Eaquidem quum Iosephus Aegypti Accelas fame labores tures ab imminente caritate, sum liberasset providentia, inficiari quis possit, aptius nullum inventum iri ab Aegyptiis Patriarchae liberalitatim symbolum Bovis simulachro, apersum ut poseretur grati ipsorum erga Patriarcham animi monumentum, & nusquam tanti beneficij memoria apud eos intermorifetur? Nos libro quarto edocet Titius Livius, Romanos, anno Urbis tercetesimo quartodecimo, statuara confici curasse auream in Bovis formam, Julio Minutio Adonone Praefecto sacram,

C ob

34

ob servatam rerum esurialium copiam . Verosimiliter itaque **Egyptios**, qui symbolis quacumque in re uocabantur , eorumque inventores fuerant , providi eorum memorie Benefactotis sacrum fecisse **Bovis** simulachrum , quo nullum vel Pharaotis somnium utiliter adeo interpretatum , vel **Egyptios** annonec copia donatos significare melius potuisset . Ostendit hoc ipsum Thomas Breunius in errorum vulgarium examine , **Egyptios** scilicet , per **Bovis** simulachrum Pharaotis representasse somnium , ab Josepho belle adeo interpretatum . Breunioque copulandus Huetius , aliquando licet Apim velut symbolum fuisse Mosis , Huetium sequutus est Theophilus Galaeus parte prima generalis Philosophiae libro primo , nec defuerunt Rabbini , qui adfirmarent ; Vitalis Dan & Bethel symbola fuisse Patriarchæ Sanctissimi , immò Aben Ezra Ephraim Tribui , cuius Princeps erat Josephus , adsignat pro stēm-

33

Neminate Bovem , quod quidem sa-
gnum est evidentissimum apud AE-
gyptios non modo , verum & Popu-
los apud ceteros , Bovem Josephi pro-
videntiam significare , atque libera-
litatem . Vossius itaque laudato li-
bro post multa , quae de animalibus
Egyptiorum habet , denuntia subdit :
Duo igitur Boves sacri , quorundam He-
liopolitanus dicitur Mnevis , Mem-
phisius autem Apis . Mnevis est O-
**siris antiquior qui cum Iudeo-Aegypti-
tarum docuit Egyptios , postea Mis-
raim , sive Mercurius . Apis vero est**
Osrus junior , qui proprio nomine JO-
SEPHUS .

Jam factis dignoseitur ex Ge-
neseos dictis , quanto Josephum
prosequeretur affectu Pharaones ,
qui eum AEgypti prefecit impe-
rio , quod somnium interpretatus ,
servaverit Regnum . Neinac quum
omnia non sine symbolis ferent
ab AEgyptiis , haud male conjectit
Grotius in Sophocletania , dum sta-
tuendum certat Regem ipsum Pha-

raetem Josephi memoriæ Agyptium
Bovem facisse sacrum, quare Regem
hunc inducit alloquenterem Jose-
phum:

Tibi salutem debet Aegyptus
suum
Et Ego quietem. Curia quod
non a viris
Deserta squalent arva, quod
terræ nova
Spes manet Aratri, muneris
totum cui est.
Ideoque honores ad tuos addo
volo,
Ut more Eorū Genitū astrifera
plaga
In spacia venias nominis circu-
lo tui,
Grandisque meriti grande mo-
numentum feras
Agricola Taurus, arcu syderum
micans:
Sicut propinquas Arietis stell-
as tenet
Inscriptus Hammon Mesaris
antiqui Pater.

For-

Fortior hujusmodi efficitur conjectatio , si Apis ; Serapisque nominum vim intimius scrutemur , faciem preferentibus Bocharto , Beyero , atque Joanne Lemmanno in historica dissertatione de Serapi *Egyptiorum* Deo , Nicolai demum , qui in annotationibus ad primum Cunei librum de Republica Hebræorum hæc habet : Interim favere huic sententia ipsa quoque Apis appellatio videtur . Apim enim si dixerimus esse nomen vel titulum honoris , quo Josephum ornarunt *Egyptii* , a veritate fortassis nihil alienum dixerimus . Nam *Api* idem est ac Pater , si nunc affixum apponatur , sit paternus ; adjecto demum sit Apis : Pensandum nunc sistimus ; an non quilibet *Egyptiorum* , quia Josephum pro Patre Patri agnoverunt , ipsum non tantum vivum , sed etiam mortuum compellaverint *Api* , vel *Apis* , Pater meus , vel Pater mihi . Hucusque Nicolai , qui & Jacobi Bolduci opinionem laudat , amplectit

forent Israelitæ aliquid patriam contra imperii libertatem molirentur, avitasque Regni everterent consuetudines? Hoc apertissimè evincunt Exodi verba: *Surrexit interea Rex novus, qui ignorabat Joseph, & ait ad Populum suum: Ecce Populus filiorum Israël multus & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum; ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra...* Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. Oderansque filios Israël Aegypti, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus daris luti & lateris omnique famulatu in terræ operibus premedabantur. Oderunt itaque Aegypti filios Israël ob metum, atque ob invidiam. Metuebant quippe ne se se hostibus dilectionis adjungereint, invidiebantque quod eorum saborles augesceret in dies:

dies : Hinc Hebrei per universam dispersi sunt *Ægyptum*, glebae, rusticisque operibus addicti; politorum enim filiis perpetuo in more sicut effreni populi multitudinem ostendit, qui quanto copiosior est, eo solet lascivire. Ficulno itaque fundamento systemata superstruit, aliorumque diluit objecta Basnagius, quin & ea quæ audaciter proponit ad criminationem adversus Josephum statuminandam videntur umbra suberis leviora.

Age tamen, quid erit dicendum de Basnagii consequitione, quam ex hucusque adlatis hocce in-

ca-

(6) On voit là deux choses, l'une que les Egyptiens ne mangiaient pas ce qu'ils plouvoient jusqu'aux obats lorsqu'ils mourroient; l'autre, que cette excès de superstition empêtrait les Payens de vivre avec eux;

cāpīte tandem elicīt homō sui obli-
tus? (6) Adparet (inquit) Aegy-
ptios animalia Numinibus sacra mi-
nimē comedissē , mortuasque super-
ficies illacrimasse , è quib⁹ eviden-
tissimē constat , tantam adeo super-
stitionem Idololatras cæteros ab Aegyptiorum consortio arcuisse . Haud
itaque mirum , Judæos , quibus un-
us erat Deus , qui que omnia ido-
latræ genera aversabantur , legi
utpote exequutioni intendentes , o-
dio habuisse Aegyptios : Aegyptios
que male de Judæis sensisse , utpote
de hominibus qui avitas Religionis
partes deseruissent , novasque insti-

F 2 tuis

eux: Il ne faut pas donc s'étonner de ce que le vifs, qui adoroient un Dieu unique, & qui avoient un grand éloignement pour l'idolatrie, lorsqu'ils scievaient la loi , baignoient des Egyptiens , & de ce que ces derniers qui

tuissent. Basnagii en itaque doctrinam ipsum adversus oppido pugnare. Licer hæc enim vera essent, tamen quid hæc ad Rhombum? Si namque Ægyptiorum adfirmetur adversus Israelitas odium, quod novam in Rempublicam, florescentemque relligionis statum coaleverint, abque Ægyptiorum imperio ac sacris defecerint, exploratum, firmissimumque jam erit, odium illud, quo relligionis ergo Hebreos aduersus Ægyptii flagrabant, nec ad Josephi tempora, neque ad illius relligionem posse referri; quaenam enim, amabo, ratione, diti possunt, antequam Ægyptum ingredierentur Israelitæ, ab Ægyptiorum sacris defecisse, novosque ritus instituisse, qui unicæ Jacobi domus pri-

*qui les regardoient comme des Dif-
fenseurs de leur Religion pour en
faire.*

private conditione contenti , hominem vix octuagesimum numerabant ? Confundit itaque Basnagius legem naturæ cum Mosis lege , Hebræorum regnantium conditionem cum Pastoribus Abrahamiticis , res veluti novissimas cum moribus antiquis . Sed non aliud inane aliquando magis , plurima quam scire .

Nos interim positivi statuamus aliquid quod scripturæ consonet auctoritati , iccirco veritati propriètatem accedere ea de causa , ob quam illicitum erat Egyptiis comedere cum Hebreis . Eos nihil moror , qui Circumcisionis ergo odio habitos ab Egyptiis Israelitas autumant , nam

F , si non

fair un nouvelle , les avoient en l'orear . Basnage , Antiquitez , Judaiques , ou Remargues critiques sur la Republique des Hebreux . CHAP . VII ,

si non ante Josephum ; ast talem
ipsius tempore , ipsoque curante ,
dicendum est in Ægyptum invectus
Circumcisio his mos , uti monitum
Rabbinis non modo & Muham-
danis , si Herbelotio , Maracciō ,
atque Calmeto fides , verum & Chri-
stianis pluribus , Thomae Bartolino ,
Drusio , Witio præsertim in Egyp-
tiacis , atque Basnagio . Quia in re
mihi postremus iste videtur ἀσυχλω-
ς αὐλαῖς . Si etim Josephus Israeli-
ticos ritus docuit Ægyptios , qua
inde de caussa ipse in idololatricos
eorum mores deflexerit ? Itaque
cum Lightfoote in artropia veteris
instrumenti , ad similitates eas præ-
vortamus necessum est , quæ capite
Geneseos duodecimo intercessisse
narrantur , Abramum inter Ægyptosque :
quum enim Ægyptum in-
gressus esset Abramus cum uxore ,
vidissentque Ægyptii mulieris pul-
chritudinem , substulerunt eam Re-
gis in domum ; flagellavitque iccir-
cò Dominus & Populum & Regem
pla-

plagis maximis ; quies coactus Rex Abrahamum uxoremq; cum suis descendere precepit. Qua super re Lightfootes, uti habet Polus in Criticorum synopsi, haec scripsit : Precepit Pharaeo viris super Abramam , hoc est , Pharaeo plagiis affectus propter Abrahamum, qui erat Pastor Hebraeis, legem tulit , ne imposterum cum Hebreis vel exteris Pastoribus familiariter versarentur, ita ut cum eis comedenter ac biberent , quod Aegyptii strictè observarunt . Hisce haud assimilia habet Joannes Clericus ad caput Genesios duodecimum , è quibus eruitur , odium illud antiquissimum , quo prohibebantur Aegyptii , ne comedenter cum Hebreis, non a religionis simultate , sed potius ab plagiis , quas , Abrahamo Pastore per Aegyptum transeunte , passi erant Aegyptii , fore repetendum ; cibilo itaque tantum atque politicum fuisse , non superstitiosum .

Hisce autem haud reclamant Scripturæ verba , que abominationem

F ↑ di-

dicit esse **Ægyptiis comedere cum Hebræis**, prophanumque eos putasse hujusmodi convivium; abominationis nempè vocabulo uti nō semel ad Idola significanda, quod capite legimus Exodi octavo: *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro:* Haud reclamant inquam, Abominationes enim Ægyptiorum, græce βλεδύματα, nolo interpretari idola, apte ait huncce ad locum Grotius; is sermo neque loco, neque tempori conveniret; Grotiumque sequutus Bochartus libro Hierozoi-con quarto parte secunda cap. 16. Non verissime, scribit, Mosen cum Rege agentem, ejus Deos appellasse contumelioso nomine. Accedit Clerici commentarius, quo docet verbum *tboebah* ab Scriptura usurpatum, dum abominationem suis- se dicit **Ægyptiis comedere cum Hebræis**, aversari ac fastidire sibi velle, juxta lexica etiam vulgaria, remque esse more hebraico, quam quis aversatur, aut fastidit quaquam que

que de causa hoc fiat, seu sit grava
scelus, seu quidpiam exigui mo-
menti; hancc enim vocem modo
atrecia, modo levia significare,
siccirco ostendere etiam posse, Agy-
ptios ab Hebraeorum mensis abri-
nuisse obplagas olim in gratiam u-
xorii Abrhami advenae ipsos adver-
sus latas. Quod si cui minus arrideat,
quam modo ex Lightfoote retulimus,
odii origo, is velim perpendat, quan-
tum res hujusmodi indigeat Oedi-
po; dein amplexam ab nobis sen-
tentiam sacrae historiae, hebraicam
juxta veritatem ac sensum, inniti:
hunc demum Scripturæ locum per-
plexis adeò involutum esse difficul-
tibus, ut Patrum plurimi cum per
allegoriam fuerint interpretati,
Virque doctus Gaudentius Pagani-
nus, libro quem conscripsit de erro-
ribus prophatarum religionum ca-
pite quadragesimo quarto, libratis a-
liorum ἀράπιδων sententiis, per-
pensisque inenodabilibus hiac inde
objectis, ita demum scriptum reli-

que:

90

querit; Ego si fas foret, affererem sic
loculum: fuisse Mosen, non quod
tamquam Egypciis aversarencur Hebreos,
quando Iacobi Filii in eam profecti
sunt regionem, sed quod postmodum
cum venissent, inque Palestina do-
minarentur, religionis causa cape-
rint esse invisi Egypciis.

Vidimus hucusque, cur Egypciis
communi uti haud putuerint cum
Israelitis mensa, videamus modo, que
rei est summa, cur ea abstinuerit
Iosephus. Qua quidem in re Baspat-
gii non iam modestiam, sed judi-
cium desidero & mentem, quam
hic video Oreste infaniorem. De-
mus enim plusquam certissimum es-
se, Egypciorum adversus Israelites
odium ab Religionis dissontia
fuisse profectum, demus etiam Jo-
sephum cum Egypciis comedisse,
haud comedisse cum Fratribus, qua-
mamabo, ratione, minutissimarum
quoque rerum minutissimus sciscita-
tor vel minimam effingere sibi poten-
tit in Patriarcha prudentissimo vio-

la-

97

late fidei suspicionem ? Ignorare
ne debuisset Basnagius quæ bellè
adèd docuit Kippingius libro de
Feriis primo capite decimo , primis
scilicet temporibus , mensas res inter
sacras nunquam fuisse recensitas ,
atque inferiorum tantum temporum
hoc fuisse institutum , siccireo Jose-
phum absque violata Religionis no-
ta Egyptiorum potuisse mensis in-
seresse ? Posteriorum namque Ma-
gistrorum pravam legis interpreta-
tionem fuisse declarat Grotius , li-
bro de jure Naturæ & Gentium se-
cundo c. 15 . quod extranēis benefa-
cere haud licuisset Judæis , cumque
advenis consuetudinem pati , ex quo
Juvenalis , Ciceronis , Senecæ , Ta-
etii , Apollonii , aliorumque ejus tem-
poris dictoria . Ante legem vero
haud illicitam Hebreis fuisse cum
prophanis gentibus societatem , e-
xempli demonstrat Abrahāni im-
pios Sodomitas bello adjuvantis ,
ejusdemque cum Escole ; & Anetō
faientis foedus , sicut Davidis cum
Achi

Achi & Nasfo, Salomonis cpm Aegyptiis, Asae cum Benadado, Asmonaeorum cum Lacedemoniis et Romanis post legem, quorum exemplum sequuti Imperatores ac Reges Christiani, ait Grotius, foedera & societatem inierunt cum non Christianis, aut non sanè Christianis. Constantinus cum Gothis & Vahdalis, Justinianus cum Longobardis: cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Francis, Svevis, Vandalis Theodosius, Honorius, Leo, Heraclius, Basilius, Isaacius Angelus, Palaeologus: cum Mauris Reges Hispaniæ Alphonsus Hispalensis, Ramirus, Alphonsus Castus, Sanctius Castellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus, Petrus Legionis Rex, Alphonsus Castellæ Rex prudentissimus, cum Tartaris Rodolphus Habsburgensis. Qua itaq; ratione vapulabit Josephus apud Basnagium, quod Aegyptiorum mensis insederit, civilibusque eorum ritibus morem gessit? Immò (quia cum somniente

somniandum est) effingamus nobis
 Josephum etiam ab carnibus absti-
 nuisse? Quid inde queso? Grande
 certè ac magnificum nihil. Quum
 enim nullum habuerit adjunctum
 erga *Ægyptiorum animalia*, ceu
 Deorum symbola, devoti cordis ob-
 sequium, in quo tantum ratio ido-
 lolatriæ consistit, sartam adhuc te-
 ñamque servare potuisset Israeliti-
 æ Religionis lucem, etiamsi ani-
 malibus, quæ *Ægyptii* venerabantur,
 abstinuisse, proindeque ea ratione,
 qua, juxta nobillimorum Autori-
 rum sententiam, actio corporis ex-
 terna in Naamani facta, idololatriæ
 notam impingere illi haud poterat,
 quippe quæ solum adjuncto proni
 cordis affectu vituperationem me-
 reretur aut laudem: ita in convi-
 vio ab *Ægypti* Prorege Fratribus in-
 stituto, nihil causæ est, cur ab a-
 nimantibus abstinentiam in eo vitu-
 peremur, quum nullo evinci possit
 satis firmo argumento, hoc illi in
 Deorum, aut animalium cultus pro-

24

testationem contigisse. Quid? quod Naamanus eo temporis vivebat, quo nendum Deos alienigenas venerari, verum & cum ipsis idololatriis aliquid commercii instituere Moses praecepto vetitum omnino erat. Josephus è diverso hujusmodi haud tenebatur legibus, ut potè qui Naturæ tantum præceptis obstrictus, proindeque consequens est, Josephum convivales Ægyptiorum ceremonias frequentantem, violatae veluti fidei reum atque *μετατεμένοι* minimè esse traducendum.

Momentum vero aliud exsurgit ex iis, quæ docet Vossius, libro de origine idolatriæ secundo, sub Christianis scilicet Imperatoribus, et si genicula illum non admitterent cultū modos tamen loquendi esse reservatos, nempe ne eorum vilesceret auctoritas, qui Dei vicem obtinerent inter homines, ut ab Amulini epistola ad Constantimum Magnum apud D. Augustinum epistola sexagesima octava, Latino Pacato, panegy-

gysico; quem dixit de Theodosio;
Symmacho libro decimo epistola vi-
cesima prima, Claudiiano præfatio-
ne de tertio Honorii consulatu.

*Me quoque Pieris tentatum sa-
pius antris*

*Audet magna suo mittere Ro-
ma Deo.*

Quin, addit Imperatores ipsos jus-
sionem suam vocasse nunc coeleste
oraculum, nunc sacrum oraculum;
nunc divinum verbum. Ac perman-
dit ita ad Gratianum usque, qui Pon-
tificis Maximi titulum ultrò omisit,
teste Zozimo, Kippingius esto li-
bro Romanarum antiquitatum pri-
mo, ex Boissardo, & Grutero inscri-
ptionem adferat Pontificis Maximi
nomen huic etiam Imperatori tri-
buentem. Verba autem Zosimi haec
sunt: (6) *Simul atque summum impe-
rium*

(6) Αὐτοὶ γέ τοι αὐτοὶ λαβεῖν ἔχε-
σθαι τὸ τὸ δὲντον αὐτοῖς νόμον εἰργάζειν

98

riam quicquid consequebatur, ambi-
tus ei sacerdotalis offerebatur à
Pontificibus: & continuò Pontifi-
cie Maximi titulus ei tribuebatur:
Ac ceteri quidem Principes universi
lubentissimis animis hunc honorem
aceperisse, & hoc usi titulo viden-
tur, adeoque Constantinus etiam
potitus imperio, licet is à recta sa-
cra in rebus via deflexerit, & fidem
Christianorum amplectus sit: idem-
que post illam reliqui ordine sequan-
ti, & Valentianus & Valens. Quum
ergo Pontifices ex more tales Gra-
tiano amictum adfulissent, averfa-
tus

τολη ἡδε τὸν ποντίφικων αὐτῷ ἀρο-
σεφέρετο. κ', ἡ θυρῆ με Γέντιφιξ
μοῖξιμος δέγραφετο, ὥσθ' οὗτοι αἱρ-
χιερᾶς μέγιστοι οἱ μὲν οὐδὲ ἄλλοι πάρ-
τες αὐτοκράτορες, αἱ σμενέστατα φαντομα-
τοῖ δοξάμνοι τὴν τιμὴν, εἰς τὴν ἐπιγρα-
φὴν χρησάμνοι τῶντα, ἐπεὶδή εἰς. Κων-

στα-

tus est id, quod petebant; ratus non esse fas, illiusmodi habitu Christianum uti. Quumque stola flamini- bus redditu fuisset, &c. Qua super re verba exscribemus Cl. Josephi Au- gustini de Ursis nobillima in disserta- tione, *De Pace lassis data*, &c. Rem in utramque partem adcuratissimè disputatam ad novum examen re- vocare mihi in animo non est: an Constantinus, & cæteri ad Gra- tianum usq; Imperatores Pontificia M. titulum adsumserint, & hujuscæ dignitatis insignibus usi fuerint: sed illud potius, an ejusmodi ritus & ce- remonia, quam describit Zozimus, potuerit sine culpa permitti, & omni superstitione vacaret? Quicumque

G ve-

σάρτιον ἡλθεν ἢ Βαζίλεια, ἐ ταῦ-
τη τὸ ὄρθης οὖθις τὸ τέλος Ιρ-
ωάννης, καὶ τὸ χριστιανῶν ἐλόμενος τοῖς τοῦ
αγίου μετ' εἰδίκον εἴχεν οἱ ἀπόλοι, ἐ
Οὐα-

verò ex Christianis Scriptoribus Zozimi narrationi fidem adcomodant, necesse est, ut omnes illos ritus superstitione vacare, & sine peccato usurpari potuisse concedant. Neque enim legimus Patres Constantino, aut ceteris Imperatoribus, vitio alii quando vertisse, quod Pontif. Max. titulum tulerint, neque Pontificatus insignia repudiarint. Hæc alia que præclara ex Baronio Cl. noster de Ursis magni domini Theologus, ex quibus optimum, mea quidem sententia, conficitur pro Josephi vindiciis argumentum. Si enī culpa vacare credimus, quod Christiani aliquando Imperatores dignitatis ergo, se sc̄ civilibus admodū verint moribus Romanorum, quanto magis liberum fuisse dicendum est Ægyptio Patriarchæ, cibis uti

Οὐαλευτικαρός πε, ἐ Οὐαλην. τὸν
οὗ ποτιφίκων, καὶ τὴ σωμὴν το-

uti , vel abstinere juxta convivales ,
aut aulicas Ægyptiorum leges ,
quæ in animo ejus nullum somnia-
ri possit colendi Ægyptiorum Numi-
na dèsiderium ?

Hæc tamen omnia , quæ ac sy-
nagogicæ sunt dicta , Josephi convivio
vindicando minimè videntur neces-
saria , quippe traditum ab Mose si-
comedisse seorsam Josephb. , seorsum
Fratribus , Ægyptiis quoque , qui ve-
scabantur simul , seorsum . E princi-
piis autem Basnagii , consequitur
Josephum pro Israelita fuisse ab Æ-
gyptiis habitum ; acque enim ejus
mensam , summo honore alioquin

har.

προσαγγέλιαν Πρατιλινὸν τὸ γολὴν
κατεστάσαι τὸ ἄρτον . αὐθέμιτον εἰ
χειτινὸν τὸ χῆρας πομιστας . Τοῖς πε-
ιρεδσι . τὸ γολῆν διαδεθέσιον &c.
Zozimus Libro Histor. 4. in Gracia-
no & Theodosio .

G 2

habendam, aversati fuissent Aegyptii, si Josephum ad patræ religio-
nis superstitiones deflexum existi-
massent. Cur enim quod Josephus
cum Fratribus minime comedetur, in
causa erit, Judice Bashagio, reli-
gionis oppositio: hæc autem in cau-
sa non sit, cur Josephus seorsim co-
mederit ab Aegyptiis? Cur ob Re-
giam Josephi dignitatem, ejus mea-
sa minime adsidere potuissent Agy-
ptiorum Proceres, ob ipsam verò
propè regiam dignitatem, haud er-
cendi fuissent ignobiles advenæ? U-
niversarum equidem gentium poli-
tiae atque consuetudini magis con-
gruere videtur, Optimates Princi-
pi convivio admittendos potius,
quam rusticos, alienigenasque.
Quum itaq; Josephum nedum seor-
sim ab Fratribus, verum & ab Agy-
ptiis seorsim comedisse sacra Literæ,
Scriptoresque fateantur antiqui; Pa-
triarchæ sanctissimi innocentie at-
que integritati, iisdem ex Bashagii
principiis, consultum arbitror. Hujus
ve-

verò facti rationem vel infantulus concipere cur haud possit? Nescio. Primum namque quis non animad-vertat, Josephum tunc temporis non adhuc se manifestasse Fratribus, iēcirco cum ipsis eadem uti mensa haud debuisse? hoc nempe sinere haud poterat non modo institutum ab Josepho de Fratribus carceri mancipandis consilium, verum & τὸν ἀρέποντα, ipsiusque propè regia dignitas, atque maiestas. Nativum hunc esse sacræ Scripturæ sensum vidit Joannes Chrysostomus, qui homilia sexagesima quarta ad caput quadragesimum quartum Geneseos, relatis Josephi verbis: *Apponite Pa-nes*, subdit. Εἰ , παρέθηκεν ἀντί μόνω (αἵτις δὲ οὐδεὶς βασιλεὺς, εἰ ἀρχοντες πάσοις Αἰγύπτοις) εἴ apposuerunt so- li, tamquam Regi εἴ Principi to- tius Αἴγυπτοι. Eodemque simplici quidem, ait veraci utitur comen- tario Salianus ad annum Mundi bis- millesimum tercentesimum vicesi- mum octayum, dicens: Ergo ve-

nitur ad Epulis: Separatus fuit Joseph honoris causa. Comederunt utique, ait Philippus Picinellus huncce ad Scripturæ locum, eum Prorege Adyenæ Israelitæ, verum scorsim, ut ratio haberetur dignitatis personæ, cuius ad convivium admittiebantur. Hoc ipsum ab Romanis factitatu[m] legimus apud Tacitum libro decimo tertio annalium, qui, nos habebatur, i[n]quit, Principum Liberos cum cæteris ejusdem etatis Nobilibus sedentes vesci in aspectu Propinquorum, propria, & pauciore mensa. Si enim Josephus scorsim ab Agyptis comedit, quos Regni primores fuissè dubitabit nemo; quantum, inde parum decori fuisset consentaneum, eum inde advenarum, pastorumque, quos Fratres nondum dixerat, epulis accumbere voluisse? Utique Basnagius Josephum dicere potuisset Agyptium hominem, utpote quem, Agyptium se esse simulans, cum Fratribus engisse scimus per Interpretem; qua-

ar-

102

arte illi delusi , hebræa lingua libo-
rius eo præsente inter se loqueban-
tur , hebræam arbitratî Josephum
haud intelligere Dialectum . Aut si
hoc eum Josephi religione non pu-
gnat , cur pugnaverit diversæ ab
Israelitarum insedîs mense ? Tua
eruditio , Basnage , judicium , sa-
cientia comprobetur a doctis non fa-
tiosis , disserimen aptum si demon-
straveris .

Quid ? quod hujusmodi esse de
facili poterat Ægyptiorum aulae con-
suetudo , ut Regni Prorex , Primo-
resque nunquam eidem cum adve-
nis ad siderent mense ? Porro confi-
denter minus cum antiquis actum
fuisse Regibus , ex Hærodoti libro
primo discere est ; qui e Deioce Me-
dorum Rege cautum ait , ne ad Re-
gem quis ingredi permitteretur , cum
etiam verò transigerentur per nuntios ,
adde ut nec consipici Regem ab quo-
quam s̄ esset . Convivales autem
Scripturæ antiquitates , quæ vetu-
itate æquent cum nullas , apud arios

G 4 Scri:

Scriptores habeamus, ex Homericis temporibus illustrandas censet Joannes Clericus. Heroes namque Homericī, uti idem optimè animadvertisit, non promiscuē, juxta hodiernum morem ad rotundam adsidabant mensam, sed pro dignitate quisque sua, aut pro honore, quo is, qui convivio excipiebat, convivam quempiam afficere volebat. Sic Hector fugienti Diomedi hoc exprobat Iliad. 9.

ταῖς μὲν τε Τιον Δαυδοῖς ταχέπωλοι

Εὐρη τε ἵδε τάξεις δενδοροί.
Εὐρη autem videtur esse ποερπία, ut enim ad locum habet Eustathius. Hæc autem qualis esset intelligimus, si meminerimus mensas veterum illorum longas fuisse, quo posito intelligemus Rubenem in extremitate, quæ summa habebatur, sedisse, deinde Fratres pro ætatis ordine. Longas certè fuisse Homericis Heroibus mensas indicat phrasis, quæ utitur Homerus Odiss. vers. 178.

Tat

τῷ οὐρανῷ τράπεζα
Ζαυ

Ubi Eustathius ait , hisce verbis si-
gnificari quod modo dicebamus ,
Τράπεζας μὴ σπολύλατε ἀλλὰ προ-
μηχας . Immō observat Cleritus , ut
hic in Josephi convivio , sic apud Ho-
merum in heroicis epulis , unicuique
que convivarum suā carnis par-
tem æqua divisione fuisse distribu-
tam , nisi si quis honoris cauſſa ma-
jore donaretur portione . Atq; heinc
Homerus , Judice Athæneo libro un-
decimo , δαιτας εῖσας æqualia vocat
convivia , ab æqualitate partium ,
quæ convivis dividebantur . Fiēbat
hoc ἵπο τῷ δαιτρῷ , vel διτύμονος .
Ubi autem de Diomede apud Ho-
merum sermo liquet , majorem ei-
carnis portionem in conviviis ob-
strenuitatem ſepè concessam : Idem
hocce in loco honoris cauſſa erga
Beniaminem freri jubet Josephus ,
ideoque convivium illud videtur fo-
litas juxta illius temporis conſuetu-
dines fuisse iuſtitutum , nullam ic-

cir-

circum habitata de Religionis Ægyptios inter atque Israelitas dissonantia rationem. Hac autem bellè exhibetur Philonis Judei verba libto de Vita Josephi: *Tum ablutus*, ait ille de convivio; quo Patriarcha Fratres exceptit loquens: *& dolorem rationi subjictons, ad hospitium epulo excipiendos revertitur, reddito quem retinuerat obside, ad fuerunt & alii conviva Optimates Ægyptiorum.* Tractatio fuit juxta manem cuiusque patriæ, quod durum videtur discedere ab consuetis moribus, præfertim in convivio, ubi maxime hilaritati prospicitur.

Hujusmodi quoq; consuetudinem discriminandi ab ceteris advenarum mensas ab Atheneo facile dignoscimus lib. Deipnosoph. 4. (7): *In Crete, ait ille, ubique sunt destinata con-*

vi-

(7) εἰσὶ δὲ στρατεῖς τοῦ Κρή-

egyptiis cœnacula duo : alterum viro-
rum indigenarum conclave nuncu-
pant , alterum , in quo dormiunt pe-
regrini & hospites : hoc cœmiterium
appellant . In Domus ea parte , ubi
epulatur mensæ duæ statuuntur , ho-
spitales vocant , in quibus externi se-
dent homines , si qui forte adsint . Post
illas sunt singulorum convivalium
mensæ . Hacce itaque pene metho-
do institutum quum fuerit præstitum
ab Josepho convivium , ut solus ille
cœnaret , Egyptiis autem una esset
communis mensa , Israelitis altera ,

fa-

Kρῆτις οῖκοι δύο ἐ συστίαις . ὁν
τὸ μὲν καλός τον αὐδρίον , τὸ δὲ ἄλλο
ἐν ᾧ οὐς ζένεις κοιμίζεται κοιμηθ-
ειον προσάγαγαρδύται , καὶ τὸ δὲ συστί-
τικὸν οῖκον πρώτον τὸ κεῖται δύο
τράπεζαι ζενικαι καλύμεναι , δισ προ-
καθίζεται τὸ ζένων οἱ παρθένας οἳς
δὲ εἰσὶν εἰς τὴν ἄνω . οὐχιτέτε
τὸ τῷ παρθένῳ τὸν μέρος οὖσαν ,
τοῖς

103

facile ereditu est, morem tunc temporis obtinuisse, ut communis nunquam cum advenis esset Indigentum locus. Suppetias vero huic sententiae ferunt maximas, quas eodem in libro refert Atheneus de Persarum Regibus, ὡς ἐπὶ τῷ πλεῖστοι σολισ prudentibus, cœnitantibusque Porro Regis Optimatumque insidere mensis res perpetuo fuit haud omnibus concessa, & ut ille ait, qui nam esset tam beatus, qui posset epulis accumbere Divum?

*Non bene conveniunt, nec in
una sede morantur
Majestas & amor.*

Heinc pro apertissima regalis be-

τοῖς δὲ νεωτέροις ἡμίνυ δίδοται χρέως,
τοῖς δὲ ἀλλοις οὐτενός αἰτοντι. Εἴ τοι
ποιήσοντας σκάψα τραπέζην προσθί-
θετο κεκραυμένον, οὐδαρκός. Τότε
κοιτῶ τάντες τίνεται οἱ καὶ τοι-
κινοὶ Πράτεζαι. Athenaeus Deipno-
soph. LIB. IV.

neficil atque amoris erga aliquem tessera audiebat , Regalibus epulis adesse ; cum enim David Miphibozetum Jonathæ filium perhumani- ter excepisset , cætera inter hocce illi præsttit amicitiae pignus , ut scilicet Regis accumberet Mensæ , immo quum David dimissurus esset à Vita , Salomonem rogavit , ut Filiis Berzellai Galaaditis redderet gra- tiam , suissentque comedentes in mensa ejus , quod occurrissent ipsi , quando fugiebat ab facie Absalonis.

Quid quod huncce ad Scriptu- ræ locum docet Calmetus , neque eos , qui Regis ad mensam epulari di- cuntur , verè propriequè Mensæ Re- gis potuisse adsidere , sed convivali- bus tantum alitos suisse dapibus , quaæ in mensa fuerant Regis ? Non invitus ego crediderim , ait Calme- tus , apud Reges Hebraeos , eandem ferè morem obseruasse qui olim apud Reges Præsidis , ut scilicet regis me- sia adponerentur dapes , quaæ deinde in omnes domésticos distribuerentur.

Ita;

Itaque comedere de mensa Regis non
 est utique Mensa Regis assidere con-
 vivam, sed ali eibis è regia mensa
 suppeditatis. Ita pariter Daniel ac
 duo ejus Socii alebantur dapibus
 mensa Regis Nabuchodonosoris. Eo-
 dem quoque more de mensa Jesabel
 comedebant Baalis Prophetæ sedes-
 toris, scilicet prophetiam Et di-
 sum astrum clementiss, quemvis non
 nisi malo spiritu turgerent, quos
 veluti familiares Reginæ convivas
 Scriptura tradit. Adeo cum Prin-
 cipe comedere rarum est. Romano-
 rum verò de mensis agere nostra si
 esset sententia, nos dies desiceret,
 nimis adeò de illis esset dicendum;
 qua quidem in re præter Casau-
 bonum, Turnebum, Hertinge-
 rum, Scaligerum, Jacobum Ca-
 pellum, Gualtherum, Lipsium,
 Kippingum, Rosnum, atque
 Dempsterum, plurima ad Scri-
 ptores antiquos adnotarunt alii
 bene multi, maximè Exegetici.
 Certum est apud Romanos Princi-
 pum

117

rum mensas non omnibus patuerat.
Ex Suetonio enim in Julii Cæsar
saris vita, convivatum cum assidue
discimus per Provincias, duabus
tricliniis, uno, quo sagati palliati-
ve: altero, quo togati cum illustri-
ribus provinciarum discubuerunt.
Quem respiciens antiquorum ad
morem Euphorio Lusitanus, seu
Joannes Barclai Satyra prima scri-
psit: *Sequebatur autem mulier au-
rea præsignis tunica, que sublimi
crine turres propè in occipitjo exci-
taverat, deinde vir ipsa muliera
brevior ad unius prolixum latus stan-
bat.... Inter ea mulier ad mensam
gradu satis composito festinavit,
meaque deinde Jupiter inferiori de-
stula conredit. Hanc etiam convi-
vandi consuetudinem, vel saltem
placè non absimilem, in Grecorum
conviviis obtinuisse à Cornelii Ne-
potis eruimus testimonijs; Ait enim
Præfatione ad T. Pomponium Ac-
cum: *Pleroque nostris moribus (Ra-
manorum) sunt decore que apud**

sl.

illos (Græcos) turpia putantur :
 Quem enim Romanum pudet Uxor-
 rem ducere in convivium? aut cuius
 Mater familias non primum locum
 tenet sedium atque in celebritate
 versatur? Quot multò aliter fit in
 Græcia: Nam neque in Convivium
 adhibetur, nisi propinquorum; ne-
 que sedet, nisi in interiore parte ca-
 dium, quæ Gineconitis appella-
 tur, quo nemo accedit, nisi propin-
 qua cogitatione conjunctus. Quibus
 è verbis aliqualis esto, adpa-
 reat gentis inter utriusque mores
 dissonantia, in eo tamen cum Roma-
 nis Lacedemones convenisse certum
 est, ut Mensarum stationes pro Per-
 sonarum dignitate ordinarent. Heinc
 Vir Cl. Josephus Lanzonus in Ele-
 gis convivialibus, clarissimorum te-
 stimonio Auctorum, mensam anti-
 quitus in cœnaculo collocatam suis
 se doset rotundam, humilem, in-
 feriorum hominum tripedem, ex
 simplici ligno, lautorum vero ci-
 cream, aut lamine argentea inten-
 tam

Etiam cum pedibus eburneis ; convivales etiam coronas hospitibus datus , cuique pro meritis , & fortuna . Eadem demum confutudine uti impræsentiarum viventur Nonnulli Orientalium Pöpuli , ut ex Equitis Chardini itinerario in Colchidem dignoscimus , apertissime : Aliorum enim convivia dum exhibet , hæc scribit : (7) Plurima semper domus Præfectui ministrantur edulia , quin ea omnia ferè cum legumina tum volatilia , bellaria denique & panes ei adponuntur . Hæc autem ipse inter advenas distribuit , iis maximè quibus blandiri placet . Eadem itaque mensæ adsidebant minimè Orientales hujusmodi convivæ , cum ad ipsos epularum partem Domus Præfetus

(7) Le Maitre du Logis à tout jours devant lui un fort grande portion de Viande . On lui sert aussi la

Eus mitteret . Quod quidem ab antiquissimis Orientalium consuetudinibus derivatum esse indubitanter credimus . Immò citatus Auctor convivium describit ab quodam orientali Principe institutum , ex quo adsidendi ritus mensis inter se distinetis nitidè elucet : Ait enim (8)
Me nuptiales ad epulas , quas pro Fratris filia celebraverat Princeps vocavit . Convivalis mensa super ædis tectum ornata . . . Princeps sub
unit-

plupart des légumes , tout le pain , toute la volaille , tout le gibier . Il en envoie a ses botes , & a ceux qu'il veut careffez . Chardin . Voyages en Perse par le Mer noir & par la Cholchide . PAG . 125 .

(8) Le Prince me fit inviter à la Noce de sa Niece qu'il marrioit au Palais . Le festin se fit sur un terrasse du Palais . . . Le Prince croit au fond

umbella arcuata, in tecti summo locata, mensa cæteris elevationi epulebatur. Dexteram Filius & Fratres, Episcopi vero levam tenebant. Conjuges soli. Ego & Minores locum Episcopis immediatum occupavimus... Qui catinos ad au-
lam deferebant, eos super linteum
mensæ instragulum prope aditum
disponebant, principibus primo,
dein cæteris ordine mensarum ser-
vato. Quibus certe sororio jungas
vinclo (idem enim adfulget mos)
que Poggius Bracciolinus, libro hi-
storiae de varietate fortunæ quarto,
Æthiopum de moribvs scripsit: Mem-
sis utuntur parvulis, ut bini terni-
que edant, mappis, mantelijisque

fond sur une estrade plus élevée, que
les autres & convertie d'un dais fait
en dome. Son fils & ses frères etoient
& su droite, les Evêques a sa gauche.

H 2 Les

nostro more uentes. Addere quæs
possem, quæ de Goano Prorege certò
adeo refert Tavernerius, neminem
umquam scilicet ejus admitti men-
ſæ, non nobiles, non Europæos, non
ipsiusmet Filios, Autem verò Primo-
res germanico more inferiori mensæ
insidere. Ast de itineratoribus plus
quam satis, neque enim eorum te-
stimonio rem vel minimam confici
possè reor, imo & Religio est mi-
hi eorum dictis nullam habere fi-
dem, qui faciunt perpetuo candida
de nigris, & de cadentibus atra.
Fide tamen dignum absque du-
bio censeo P. Nicolaum Godignum,
qui de Abassinorum rebus scribens,
deque eorum cæremoniis, atque Im-
peratoris epulis, hæc capite habet
vicesimo: *Tres magnificentissime ap-*
par

*Les Mariez étoient entr' eux. Le
Prince me fit asseoir avec les Capu-
cius immédiatement après les Eve-
ques... Ceux qui portoient les plats
dans*

parvior mensa ; sciam quique pen-
caliare instrumentum, Et supra abe-
cut. Vasa in uno surca, in altero
argentea, in tertio fastilia, fabri-
camenta. Et eleganter elaborata. Pri-
ma mensa cum daudetim Sacerdoti-
bus accumbito Presbiteris, secunda
Legaci cum ceteris latini orbis no-
bilibus : tertia regum filii cum mag-
ni Senatus confidencia. Neque me
fugit, Antonium de Solis in Historia
Mexicanae acquisitionis libro tertio
de Montezuma regionis Imperato-
re loquentem, ejusque de Mensa,
pluribus adfirmare, solitum Monte-
zumam suis neminem admistere ex
pulis, praeter Regios Proceres, stan-
des quidem, & malleatus come-
dentes. Quid autem hisce ex testio-

mo-

dans la Sole le rangcoient sur une
mappe à l'envers, d'autres officiers
les portaient devant les Ecuyers.

H 3 TRAN

montis arguitur; nisi mensurae con-
viviarumque distinctionem, distri-
butionemque adulorum orientales
occidentalesque apud Populos per-
petuo obtinuisse, neque eorum in
opus unam credemque Principi-
bus Subditisque, Parentibus &
Gentis, indigenis, advenisque suis-
se mensam? Hoc autem multa tot
Nationum exempla in medium pro-
tulimus delectationis potius, quam
necessitatis gratia, adverfus nam-
que diceria Basnagii, qui

Transfoller in medio posita, &

fagientis caper.

Scriptura Hypothy posse, obvi-
que sensu, plusquam vindica-
tum credimus Patri etiam famo-
sissimum; quid enim negotiis ha-
beat

*gouvernement, qui en rempliessons des
assiettes croisées, qu'il faisoient pre-
senter aux Comptes. On le parloit
aux Princez, puis aux autres en leur
usage. Chardin Voyage, t. 6. pag. 315.*

beat cum Aegyptiis adversus
Israelitas similitatibus Josephi Rel-
ligio , neque ego video, neque aliis,
opinor, sanæ mentis videbit, umbra-
ticus namque ille omnino est nexus,
ut jam non nisi ab noctuis, vulturis,
vespertilionibus, & si quæ sunt alii
hujuscæ generis, caliginis patienti-
bus, impatiens lucis avibus
conspiciantur.

En tibi Lector Optime, quæ
pro vindicanda ab criminationibus
Basnagi, Israelitica Patriarchæ Jo-
sephi religione disserere æquum du-
ximus. Basnagi fundamenta ex-
agitavimus, siue de ipso haud retu-
limus triumphum, vincendi tamen
animum fac ut mireris. O utinam
Patriarchæ fides, ejusque religionis
candor ab galutinis Basnagi veluti
obtectus, diductis per me velis, sub
divum protatus effulgeat! Satius
tamen erit si dixeto, tantam ejus fu-
isse virtutis lucem atque Religionis
candorem, ut ab alio indigitari mi-
nimè indigeant, aut ab alicujus con-

tumeliis possint obtenebrari.

Ue altus Olympi

*Verces, qui spacio ventos bie-
mque relinquit.*

*Perpetuum nulla temeratus
nube serenum,*

*Celsior exsurgit plaviis, audi-
que ruentes*

*Sub pedibus nimbor; Et rauca
tonitrus calcat.*

Si tamen absque vindiciis stetisset
adhuc Josephi Nomen ac fama , aut
saltem adpareat , velim, spes nostra
quantum nos fallat . Equis namque
animo effingere potuisset suo, Basna-
gium in adnotationibus ad Cunei
Historiam de Republica Hebræo-
rum, κατηγορία instar, in tenebrico-
sam adeò futilemque labi potuisse
εὐτραπελία . Hem ! pro thesauro
Carbonea . Sic

*Grandia sepe quibus manduvi-
mus borda sultis ,*

*Infelix loliā Et steriles domi-
nantur Avena .*

Pro

121

*Pro molli viola, pro purpureo
Narcissō,
Carduus, & spinis surgis pa-
linurus acutis.*

F I N I S

727
KODAK SAFETY FILM
EXPIRED 1938

2 1 5 8 2

ERRATA

Pag. lin.

5. 1. avversarentur
8. 11. ~~traversus~~
8. 16. Pha.ontis
20. 26. mortis
23. 24. Machor
24. 17. utilissimaque
28. 14. Epoca
32. 22. Titius Livius
38. 26. avversarentur.
42. 15. acut
46. 3. Pettidierius
53. 11. Asyriorum
70. 1. Polihistorico
81. 1. forent

CORRIGE

- aversarentur
~~traversus~~
Pha.ontis
morti
Nachor
vilissimaque
Epocha
Titus Livius
aversarentur
acu
Petidierius
Asyriorum
Polihistoro.
fore ut



8299

